



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 157. Quædam SS. Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

§. CLVII.

*Quædam SS. Congregationum de-
cisiones.*

Decif. S. **E**xstant quoque plures SS. Congre-
Congr. Rit. gationum Romanarum decisiones
Episc. Reg. hoc anno emanatæ, & quidem prima
Conc. &c. die vigesima tertia Martii sacra Rituum
Congregatio declaravit, haud decere
ut Magistratus, stantibus Vicariis
Generali & Canonicis, sedeat testis ce-
pite coram Episcopo in Presbyterio.
Decisum quoque die prima Maij a S.
Concilio Congregatione, quod Regula-
res cujuscunque Ordinis, qui ad Mo-
nialium Monasteria etiam exempta ab-
que legitima facultate accedunt etiam
ad breve tempus cum eis colloquendo
peccent mortaliter. Declaravit quoque
S. Rituum Congregatio die octava Je-
nii, quod in officio de die infra Octa-
vam Corporis Christi non legatur non
lectio de festo simplici, si vero festum
simplex occurrerit eo die, quo fit et
festum duplici infra eandem Octavam
tunc non omittatur, sed legatur non
lectio de eodem festo simplici. De-
que S. Immunitatis Congregatio die
prima Octobris statuit, quod si de signis
pœnitentiæ datis, & de satisfacta parte
constiterit, Vicarius Generalis excom-
municat.

municatum mortuum absolvere possit, *Sæc. XVII.*
 imo etiam absolvat juxta suas ordina- *A. C. 1669.*
 rias facultates committentes homici-
 dium in loco immuni auctoritate pri-
 vata: qui vero profugum extrahit ab
 Ecclesia ex odio & inimicitia animo
 illum percutiendi, censuræ quidem
 subiaceat, ab ea tamen absolvi possit
 auctoritate ordinaria.

§. CLVIII.

*Scriptorum Catholicorum opera &
 obitus.*

Inter celebriores Scriptores Ecclesiasti- *Witte Diar.*
 cos hoc anno defunctos suis lucu- *Biog.*
 brationibus præcipue inclaruerunt. I. *Echard*
 Martinus Curæus de la Chambre, qui *Script. Ord.*
 celebre opus edidit de causis Nili in- *Præd. Bibl.*
 undationis, quam Nitro adscribit: scri- *Carmel. t. 2.*
 psit etiam elegantem librum de cha-
 ractere passionum, tractatum de arte
 cognoscendi homines, systema animæ,
 & de Philosophia Platonica, cujus tan-
 tum aliqua pars scilicet discursus de na-
 tura Divina exstat, reliquum autem
 est deperditum: vulgavit insuper plura
 alia Philologica. II. Joannes d'Ave-
 gan posteris reliquit tractatus de ma-
 trimonio, de jure Patronatus, de cen-
 suris Ecclesiasticis, de Pontificia, &
 Regia potestate. III. Leander de SS.
 Sacra-